Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tros prurientes auribus. et a veritate quidem audituri avertent ad fabulas autem convertentur. Tu vigila. in omnibus labora. opus fac evangeliste. ministerium tuum impple. sobri esto. Ego enim iam delibor. et tempus meae resolutionis instat. Bonum certamen certavi. cursum consummavi. fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae. quam reddet mihi dns. illa die iustus iudex. non solum autem mihi. sed et his qui diligunt adventum eius. L. lib. Sapie.

Sapientiam omnium antiquorum exquirit sapiens. et in prophetis vacabit. Narrationes virorum nominatorum conservabit. et in versutias parabolarum simul introibit. Occulta proverbiorum exquiret. et in absconditis parabolarum conversabitur. In medio magnatorum ministrabit. et in aspectu principis apparebit. et in terra alienarum gentium pertransiet. Bona enim et mala in hominibus tentabit. Aperiet os suum in oratione. et pro de